

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

20 Maji. 13 Kal. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

20 Maij. 13 Kal. Junii.

S
religio-
giolo,
ue dixi-
n? Ego
Doce
e; ut eā
qui, ad
es con-
s; qui
vidua-
uperum
e; Ju-
m, n̄
mplar;
nergu-
ndium
las me-
divisi-
uperis,
, &c.
m Cx.
Evan-
titaret.
ea legi
Maj.
S
Ancte Bernardine Senensis, MARIANIS imaginibus devotissime; cuius præsentia, obscena loquuntur linguis compescuit; cuius colloquia, corda accendebant Deo; cui Coronam Beatissimæ Virginis, corde attento, sanctè recitanti MARIA adfuit, & dixit: *Bernardine, devote mi famule, multum in hac mibi devotione complacui; cui de sanctissimo JESU nomine ad concionem dicenti, illustre, Solis instar, JESU nomen super caput apparuit: qui quas pede sicco calcasti, pallio super illas expanso vectus; super cuius de B. Virginis laudibus dicitis caput, stella, in os tuum radios vibrans, conspecta est: qui adolescenti splendido, sed lascivo, inde sacrâ fœminas oculis venanti, ex vero prædixisti, eum infami morte exturbanum è vitâ: super cuius cadaver, in alto, stella illustris apparuit. Impetra mihi JESUM Solem, & Stellam MARIAM. Ora, ut et ego duobus his JESU, & MARIAE dominibus devotissimus, ita loquar cum Deo, mecum, & cum proximo, ita JESU serviam, & MARIAE semper,*

456 ANNI CÆLESTIS
semper, ut me in morte non pœni-
teat vixisse. Amen.

S. Basilla Virgo regia, gladio
transverberata, Martyr.

S. Baudeli M. cui benedicens
Domini manus conspecta est; quo,
pro fide, moriente Angeli cecinèt;
Iac è vulneribus sanguinis loco flu-
xit, de tumulo laurus foliis ægros
sanantibus mira excrevit.

Sancte Thalalæe, è medico Mar-
tyr, qui in mare projectus, indè
prodigiisti niveâ veste ornatus; ac de-
mum, nec à feris læsus, caput pro
Christo dedisti.

SS. Asteri, & Alexander, MM.

S. Aquila Martyr, pectinibus pro
Christo dilaniate.

SS Anastasi, & Theodore, Episc.

S. Austregisile Ep. ab Angelo de
morte admonite.

S. Plautilla, B. Flaviæ Domitillæ
mater, à S. Petro Apostolo baptiza-
ta.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, qua Sanctum tuum
Andream de Chio, inter novemdia-
lia, hodie copta, eaque gravissima tor-
menta clamantem: Virgo MARIA,
adjuva me! fortissimè roborasti: quic-
quid fecero, quicquid passus fuero vi-
venisti.

IS
n pœni-
gladio
edicens
st; quo,
ecinere;
oco flu-
s ægros
o Mar-
, inde
; ac de-
ut pro
MM.
ous pro
Episc.
gelo de
nitillæ
ptiza-
, &c.
tuum
mdia-
a 107-
ARIA,
quic-
ro vi-
ruenti

XXI MAJI.

457

vens, & moriens, Virgo MARIA, ad-
juva me!

21 Maji. 12 Kal. Junii.

Sancte Hospiti, qui in altæ turris
carcere, ferro, & scaturientibus
è corpore vermibus, plenus, orabas
semper; qui rigidam, obtruncaturi
te barbari, dexteram signo Crucis
sanasti, plurésque ad Christum ad-
duxisti; cui morituro vermes illi
fruere solatio, & stimulo ad amorem
Dei. Simul verò ut anima corpus
deseruit, simul evanescere etiam ver-
mes. Ora, ut sciam èt ego uti dolo-
ribus, ad amorem Dei: sint dolores
corporis mei, preciosæ coronæ ani-
mæ meæ. Crescent dolores, cre-
scat Dei amor: ut sic per dolorem,
& amorem, ita ad mortem per-
veniam, ut locum illum, ubi nullus
erit amor, sed æternus dolor, e-
vadam; ad illum verò perveniam,
ubi nullus erit dolor, sed amor æ-
ternus. Amen.

Sancti Timothee, Poli, & Euty-
chi, Diaconi Martyres.

Sancti Polyeucte, Victori, &
Donate, Martyres.

Sancti Secundine, Synesi, &
Theopompe, Martyres.

D d Sancti